Annotationes ad Schema Constitutionis "De Divina Revelatione". D. Rev/3

Schema emendatum Patribus transmissum notabilem exhibet progressum.

Placet imprimis quod textus omnino prudenter agit de relatione inter S. Scripturam et Traditionem. Prudenter inquam, quia si textus in unam vel alteram partem inclinaret, difficillimum ne dicam impossibile esset ad eius approbationem devenire. Placet quod fusius dicatur de Sacra Traditione. Valde placet Cap. V, "De Novo Testamento", et specialiter formula quae adhibetur ad describendam historicitatem Evangeliorum.

Quaedam autem adhuc, nostro iudicio, meliorari possent.

Forsan maximae utilitatis pastoralis esset si aliquid amplius in Prooemio diceretur de munere Revelationis in tota vita religiosa.

Ad emendationes particulares quod attinet, videtur opportunum nonnisi perpaucae exponere. Scimus etenim Textum esse veluti "compromissum" et non oportere aequilibrium immutare. Ex hoc capite videntur parcendae quaedam formulae aliquantulum difficiles vel non satis pastorales, sicut et quaedam praeoccupatio de ardua illa quaestione circa relationem inter S. Scripturam et Traditionem.

Ad n. 3:

pag. 6, lin. 22: Videtur opportunum ut aliquid amplius dicatur de significatione pro historia salutis eorum foeduum quae in Ss. Scripturis commemorantur post Adam et ante Abraham (Enoch, Noe).

Ad n. 4:

7, 5ss: Postulatur ut in Relatione explicetur per hunc textum minime excludi revelationes publicae post Pentecostes, ut sunt, e.gr. visio S. Pauli et Apocalypsis.

Ad n. 8:

16, 19ss: Novus numerus placet. Suadetur tantum ut aliquid circa finem dicatur de distinctione inter Traditionem divinam et traditiones ecclesiasticas. Haec distinctio nobis videtur alicuius momenti pro dialogo oecumenico.

Ad n. 11:

27, 11-16: Textus videtur insinuare quod totus et unicus effectus inspirationis est inerrantia. Desideratur ut aliqua emendatio fiat ut caveatur haec confusio et magis in lucem ponantur alii aspectus positivi charismatis inspirationis.

27, 20: Pro verbo "docere" scribendum est "exhibere" ut innuitur in Relatione.

Ad n. 14:

33, 1-5: Forsan etiam hic posset aliquid innuere circa foedera ante Abraham existentia.

Ad n. 19:

38, 13-30: Textus valde placet. Modo etenim prudenti aggreditur quaestionem de indole historica Evangeliorum, quin eisdem genus hodiernum historicum tribuatur. Exaggerationes sic dictae scholae "Formengeschichte" sedulo vitantur.

PATRIMONIO UC

Ad n. 25:

45, 38: Proponitur ut pro verbo "Ecclesia" dicatur "ecclesiastica auctoritate". Ratio est ut vitetur in textu conciliari identificatio Ecclesiae cum Hierarchiae regimine.

46, 9s: Pro verbo "debitis" adhibeatur "aptis". Ratio est ut ut vitetur sensus "defensivus" prioris vocis.

PATRIMONIO UC

Ochagavia

Annotationes ad Schema Constitutionis "De Divina Revelatione".

Schema emendatum Patribus transmissum notabilem exhibet progressum.

Placet imprimis quod textus omnino prudenter agit de relatione inter S. Scripturam et Traditionem. Prudenter inquam, quia si textus in unam vel alteram partem inclinaret, difficillimum ne dicam impossibile esset ad eius approbationem devenire. Placet quod fusius dicatur de Sacra Traditione. Valde placet Cap. V, "De Novo Testamento", et specialiter formula quae adhibetur ad describendam historicitatem Evangeliorum.

Quaedam autem adhuc, nostro iudicio, meliorari possent.

Forsan maximae utilitatis pastoralis esset si aliquid amplius in Prooemio diceretur de munere Revelationis in tota vita religiosa.

Ad emendationes particulares quod attinet, videtur opportunum nonnisi perpaucae exponere. Scimus etenim Textum esse veluti "compromissum" et non oportere aequilibrium immutare. Ex hoc capite videntur parcendae quaedam formulae aliquantulum difficiles vel non satis pastorales, sicut et quaedam praeoccupatio de ardua illa quaestione circa relationem inter S. Scripturam et Traditionem.

Ad n. 3:

(23) pag. 6, lin. 22: Videtur opportunum ut aliquid amplius dicatur de significatione pro historia salutis eorum foeduum quae in Ss. Scripturis commemorantur post Adam et ante Abraham (Enoch, Noe). → adhesión: Card. Doepfner (obispos alemanes)

Ad n. 4:

7, 5ss: Postulatur ut in Relatione explicetur per hunc textum minime excludi revelationes publicae post Pentecostes, ut sunt, e.gr. visio S. Pauli et Apocalypsis.

Ad n. 8:

(23-24) 16, 19ss: Novus numerus placet. Suadetur tantum ut aliquid circa finem dicatur de distinctione inter Traditionem divinam et traditiones ecclesiasticas. Haec distinctio nobis videtur alicuius momenti pro dialogo oecumenico.

Ad n. 11:

28 — 27, 11-16: Textus videtur insinuare quod totus et unicus effectus inspirationis est inerrantia. Desideratur ut aliqua emendatio fiat ut caveatur haec confusio et magis in lucem ponantur alii aspectus positivi charismatis inspirationis.

27, 20: Pro verbo "docere" scribendum est "exhibere" ut innuitur in Relatione.

Ad n. 14:

33, 1-5: Forsan etiam hic posset aliquid innuere circa foedera ante Abraham existentia.

Ad n. 19:

23 38, 13-30: Textus valde placet. Modo etenim prudenti aggreditur quaestionem de indole historica Evangeliorum, quin eisdem genus hodiernum historicum tribuatur. Exaggerationes sic dictae scholae "Formengeschichte" sedulo vitantur.

PATRIMONIO UC

Ad n. 25:

45, 38: Proponitur ut pro verbo "Ecclesia" dicatur "ecclesiastica auctoritate". Ratio est ut vitetur in textu conciliari identificatio Ecclesiae cum Hierarchiae regimine.

46, 9s: Pro verbo "debitis" adhibeatur "aptis". Ratio est ut ut vitetur sensus "defensivus" prioris vocis.

PATRIMONIO UC